

hippocentaurus, **i.** subs. m. **FORMA** ippocentaurus **GLOSS** 5.461.61. **ETYM** ἵπποκένταυρος. [**FREQ** minima **11**^{indicia} **0,7**^{d.c.m.} **45-44** **CIC**] uocabulum scriptis litterariis argumentando exponendo aptum, usibus mediis, semper prosa; et technicis apparet ad historiam naturalem pertinentibus, item apud iuris consultos.

VARIATIO		indicia	p ^{d.c.m. subc.}
OPERUM	argumentalis	9	1,4
	exponens	2	0,67
DIACHRONICA	I aec.	4	1,4
	I-II ec.	3	0,77
	III-V ec.	4	0,46
DIAPHASICA	media	11	0,84
DIASTRATICA	litteraria	8	0,62
	technica	3	1,1
MODUS	prosa	11	0,8

¶mythologicum animal quod equi corpus usque ad collum, hinc pectus capita brachia humana exhibet • hippocentauro o centauro [**HYPER** mirabile **SIM** onocentaurus] **45-44** **CIC** Nat deor 1.105. quid interest, utrum de hippocentauro an de deo cogitemus.  **ISID** Orig 11.3.39. Onocentaurum ... uocari eo quod media hominis specie, media asini esse dicitur; sicut et Hippocentauri, quod equorum hominumque in eis natura coniuncta fuisse putatur.

inde ab initiis, ea quae incredibilia designauit • desde un principio, esta palabra fue utilizada para indicar lo prodigioso o increíble **45-44** **CIC** Nat deor 2.5. Quis enim hippocentaurum fuisse aut Chimaeram putat? **95** **QUINT** Inst 6.3.90. dicendo quod fieri non potest ... Alienam finxit Iuba, qui querenti quod ab equo suo esset adpersus «quid? tu» inquit «me Hippocentaurum putas?» **400** **AUG** C Faust 15.9. Quem dicis Hippocentaurum, nesciens quid loquaris, nec attendis quid tibi tua fabula confecerit.

quae ficta plane erant • el simple producto de la imaginación **44** **CIC** Diu 2.49. in nubi-
bus numquam animaduertisti leonis formam aut hippocentauri?

quamuis interdum crederentur • aunque siempre había lugar para la credulidad **79** **PLIN** Nat 7.35. Claudius Caesar scribit hippocentaurum in Thessalia natum eodem die interisse, et nos principatu eius adlatum illi ex Aegypto in melle uidimus.

IUS Gai iuris consulti similitudo de contractibus, qui fictis seu imposibilibus consisterent, prosecuta est • tuvo cierto éxito el símil de Gayo sobre la imposibilidad de que los contratos se basen en cosas inventadas o imposibles **160** **GAIUS** Inst 3.97a. si quis rem, quae in rerum natura esse non potest, uelut hippocentaurum, stipuletur, aequae inutilis est stipulatio.  **DIG** 1.97.pr.2. Si ita stipulatus fuero: «te sisti? nisi steteris, hippocentaurum dari?» proinde erit atque «te sisti» solummodo stipulatus essem. **INST** Iust 3.19.pr. si quis rem quae in rerum natura non est aut esse non potest dari stipulatus fuerit, ueluti Stichum, qui mortuus sit, quem uiuere credebat, aut hippocentaurum, qui esse non possit, inutilis erit stipulatio.

CHRIS et superstitione putata est contra Christianam fidem • supuso una superstición impropia de la fe cristiana **400** **AUG** C Faust 15.1. uinum ueternosis utribus credite, duobus maritis nulli placituri seruite, Christianam denique fidem Hippocentaurum facite, nec equum perfectum, nec hominem: nobis soli Christo seruire permittite.

et daemonio assimilatio • y además de una identificación con el demonio **400** **AUG** C Faust 15.9. Itane ille non est Hippocentaurus, semiferus et semideus? uere, quia nec Hippocentaurus dicendus est. Quid autem sit, tu attende, et erubescere et mitesce, ut corruptionem tuam a serpente adultero perhorrescas.

si minus religiosus, tamen moralibus, eius consideratio ab humana uita fugaci tracta est, equi uelocitati aequanda • en ámbitos menos religiosos, morales no obstante, se explicaba su existencia por la similitud de la rapidez de la vida humana con la velocidad del caballo **ISID** Orig 1.40.5. Hippocentauri fabulam esse confictam, id est hominem equo mixtum, ad exprimendam humanae uitae uelocitatem, quia equum constat esse uelocissimum.